

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quas ... Foeminae Annae Schmieds/ Afflictissimus
Maritus Vir ... Dn. Achatius Hager, Medicinae Candidatus, Hoderna ... decenter
parabit, Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423901>

Druck Freier  Zugang



Willebrandt, A.,

in

A. Schmied,

uxor. A. Hager.

Rost. 1660.

8



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777423901/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423901/phys_0002)



PROGRAMMA
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrandt / U.I.D.
Cod Prof. & Ducal. Consist: Assessor,
AD
EXEQVIAS
Quas
Afflictissimus Maritus
VIR Eximius atq; Præstantissimus
DN. ACHATIUS HAGER,
Medicinae Candidatus,
Hodiernâ horâ primâ in in Æde D. Nicolao
dicatâ decenter parabit,
Omnes omnium ordinum Ci-
ves Academicos sedulò & aman-
ter invitati.

ROSTOCHII,
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.

LIBRARY
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES
EYZAVAGE
HOMINIS
VOCATIONIS
PRAEGER
CENSUS

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrand/ U.J.D

 Eu quam mortales sumus, quām debilis ma-
teria, & vilissimo casu rumpenda! Quan-
quam quid mirari subit? Novimus enim
pallentem illam Divam cervici omnium
nostrum imminere, & ictu quos ferit per-
cellere insperatō. Morimur omnes, & jam mori cæpimus
ex quō, communem hanc lucis usuram haurire inchoa-
vimus; quidquid etatis retro est mors tenet. Etsi verum est
& notissimum, quod in aquā pisces ludunt, & in aere ra-
misq; arborum aves insidiarum securæ vivunt; dum illi
hamō, istæ tendiculis aut viscō capiuntur. Quid jam ve-
riū de nobis dici poterit, quos profectō, nigra illā Dea,
è magna hoc hominum grege venatur, illicit, ac denique
capit. Vultis nē inter tot mille, unicum ac recentissi-
mum Exemplum? In promptu est elegantissima Mulier,
mentis & corporis ornamentis ad invidiam frementem
excellens ANNA Schmid; quæ jam suo quoq; deplo-
rando fato demonstravit, quod

*Æquā lege necessitas
Sortitur insignes ē imos*

Omne capax movet urna nomen.

De quā laudatissimā fœminā, sanctissimèq; ad rabidum
malevolorum livorem denatā, cum ipsius mæltissimus
maritus

maritus propriâ manu quædam consignaverit; illa jam
de verbô fermè publicis communicata Typis, vos Cives
honoratissimi prius legite, antequam vos more consve-
to, & solenniter ad deductionem funeris ipsius, (quæ
jam, nulli perverso mortalium judicio succumbens, in
Domino nostro, placidissimè, eternumq; quiescit) invi-
temus. Charissima simul ac dulcissima mea Conjunx
jam (dolor!) piè defuncta, in hanc lucem progenita fuit,
anno nativitatis Christi M. DC. XXXIII. die Aprilis 4to,
circa X. vespertinam. Pater ei est Vir Clarissimus ac Præ-
stantissimus WILHELMUS Schmiedt, Cantor Nicolaitanus
diligentissimus, ac Notarius publicus dignissimus. Avus
paternus fuit Vir plurimum Reverendus, Excellentissi-
mus, & singulari pietate ac doctrinâ conspicuus, GUN-
THERUS Schmiedt, Superintendens quondam Ducatus
Harburgensis vigilansissimus. Proavus paternus, idem
pl. Reverendus, pietate ac doctrinâ non minus insignis,
HENRICUS Schmiedt, Ecclesiaz, quæ zu Winsen an der Lühe
est, Pastor summè meritus. Mater ei erat, omni mulie-
bri virtute ornatissima Matrona ELISABETHA Köpken/
secundò Conjugio meæ dulcissimæ conjugis mater facta:
eujq; præmaturâ morte sublatæ locum jam tenet virtuo-
fissima fœmina DOROTHEA, Viri Clarissimi atq; Doctissimi
M. JOANNIS NEUKRANTZII, b. m. Cantoris ad D. Mariæ
optimi filia. Avia paterna fuit virtutibus decoratissima
matrona, ANNA Bismarck, Viti Rev. atq; Doctissimi
JOANNIS Bismarck, Pastoris Harburgensis filia. Ut jam
Avum Aviamq; maternam prætereamus. Hisce parenti-
tibus

tibus genita, postquam mediante sanctissimo Baptismi lavacro Salvatori suo dicata fuisset, educata est Christianissimè, ac omni fœmineū sexū decenti ornamen̄o instruēta, adolevit virgo præstantissima. At quemadmodum plerumq; accidere solet, ut virtutis comes sic invidia; ita & hæc Mea, eundem livorem copiosè at constanti animo, & absq; noxā exper̄a fuit; quipp̄ non potuerunt, quicquid etiam tentaverint & excogitaverint invidi, impeditre, quò minus mihi, Deo singularissimè sic disponente, matrimonio jungeretur dulcissimo. Et licet ipsi, & Conjugium, & Fortunam, & Famam, imò & id ipsum quod solus Deus dat & aufert, ipsam videlicet vicam, inviderent malevoli homines; tamen, Dei insontes tuentis beneficio, vanum fuit, quicquid moliti haec tenus fuere. Neq; Deus suam Benedictionem nostro Conjugio abesse voluit; reliquit enim me Charissima mea coniunctus duplice prole parentem: primus, quem mihi peperit, Filiolus est dulcissimus CHRISTOPHORUS ALBERTUS, annum jam agens alterum. Secundus partus ante 15. dies erat geminarum puellarum; ac voluit Deus ut prior viva & adhuc dum superstes CHRISTINA REBECCA felicitet, altera v. mortua summo labore atq; periculo prodiret; unde tancæ in Enixâ relinquebatur noxæ, ut, quamvis per duas ferè septimanas naturâ medicamentis adjutâ cum iis loctaretur, non potuerit in. victoriam reportare; nam febre, quæ ab ipsa naturâ ad expulsionem reliquiarum noxiarum & morbificarum excitata erat, nimum inardescente, & humectantium ullorum aut æstum
reperi-

reprimientium mitigationem non admittente, contumacissimæ suborriebatur vigiliæ, nullis somniferis cedentes; quibus manum egregiè præbuerunt mætores atq; dolores animi non leves, atq; his omnibus vires sensim absumentebantur copiosiq; quam ut refici vel medicamentis vel alimentis possent; itaq; tandem Calore vitali planè consumpto, placidissimè, sine omni ferè graviore molimine mortis, obdormivit die hujus mensis XXI. circa Sextam matutinam, ac animam Salvatori suo reddidit, æternūq; consequuta est Bonum; talis n. ejus fuit exitus, qualem esse decere ejus, qui hæres sit vitæ æternæ. Nam primò, non modo antehac sæpius, sed & præcipuè Dominic. III Trinit. quæ diem part⁹ præcedebat, postquam Sacrosancto Corpore atq; sanguine Christi satiata est, domūq; reversa mihi sæpius repetiit, se omnibus suis inimicis & obrectatoribus libentissimè ignoscere cuncta, quibus ipsam læserat, atq; commiserescere eorum, quod seipso sua invidia & vanis conatibus consumerent, optare q; ut Deus omnis pacis & dilectionis largiri velit ipsis, cortale, quod pacem amet, & cupiat proximo suo facere ea, quæ sibi ipsi vult fieri. Postea vero durante puerperio & morbo, ne verbulo amplius inimicorum meminit, sed se totam suo Salvatori intensissimis precibus & suspiriis dedit, paucisq; antè obitum diebus confidenter asseruit, se neutuquam inferni sed cœlestis Tabernaculi incolam post mortem futuram; vidisse se ajens Solem Justitiae suæ Christum sibi approximantem, & Canem nigrum, inventeratum, catenis alligatum, Diabolum, ab adversa parte, sed va-

sed valde segnem & impotentem assurgere ; quod cognoverit, ipsum sibi nocere non posse. Paulò post præsentiens se non evasuram, elegit sibi Textum pro Concione funebri post mortem habendā ex Apocalyp. c. 3, ii.
Siehe ich komme bald/ halt was du hast/ das niemand deine Krohne nehme/ gavisaque est neminem reperiri, qui sibi hanc Coronam surripere posset. Et cum vox deficeret, creberrimis suspiriis ingemuit. **Ach Gott/ mein Jesus!** Tandemq; cūm ultimo fermè conatus se recolligere aliquantum videretur, atq; vox rediret, subito in hæc verba erumpet : **Das wolte Gott Vater/ Sohn und heiliger Geist/ quibus statim altiore & majorem Emphasim præseferente voce, addidit magnum Amen/ breviq; mox die, mense, horâq; prædictâ expiravit, & quidem, eodem morbo, quô & mater ipsius, & avia materna, & soror, & plures cognatæ fœminæ honellissimæ periēre, infelici scilicet puerperio, vitam mortalem depo- suit, animamq; suam Salvatori suo, CHRISTO JESU cum sumâ devotione, peccatorumq;, à quibus quis nostrum immunis? contritione reddidit. Percepistis jam Cives honoratissimi, quid exoptatissimus olim hujus suæ, piissimèq; defunctæ conjugis Maritus, at nunc proh dolor!** Viduus tristissimus propriâ manu, & inter amaras (uti credimus) lachrymas consignaverit? Ergo secedant hinc famæ mortalium Mastiges, secedant illi, quibus nil nisi sua placet. Secedant extra ipsius naturæ terminos illi, qui in ipsa profundissima & in perscrutabilia Divina judicia, falcem suam flagitiosam mittere non erubescunt, **Sece- dant**

dant & illi qui *Lamiam* illam, evidenter æmulantur, quæ
(uti Plutarchus de curiositate recenseret) cum forasiret fi-
ctis oculis omnia curiosissimè lustrabat, eosdemq; do-
mum rediens, ad tores, vel in vasculo reponébat; Sece-
dant scilicet vel ad ipsum Orcum, qui alienos errores
quantà possunt curiositate odorantur, domi verò nullos
habentes oculos, in abominandâ hypocrisi, propriis sce-
leribus omnino cæcutiunt, neq; unquam aspiciunt, quid
portet mantica posterior: Nostrum verò erit, Cives Aca-
demiaæ honoratissimi, qui judicia humana quæ plerum-
què falsissima sunt, Divino judicio, devotissimè postpo-
nitis, qui absentium & mortuorum, honestissimam re-
colitis memoriā; nostrum inquam erit, Fœminæ huic
cam sanctè tamquè piè mortuæ, decentes ire exequias.
Quod ut faciatis, per amantes & officiosè rogo ac invito;
simulquè ardenter expeto; non adeò curantes illud
genus hominum, qui cum fastu ambulant, qui in mores alio-
rum inquirunt, qui de vitâ aliorum judicant, qui in omnibus
desiderant, quod nunquam habent, Supremum cœlestey;
Numen, de tām placido beatoq; ex hac vita miserrimâ
secessu, flagrantissimis solicitetis precibus.

P. P. Rostochii sub Sigillo Universitatis
die 24. Julii A. D. 1660.

Convenient Cives Academiz in Æde
D. Nicolao sacrâ circa horam I.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777423901/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423901/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777423901/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423901/phys_0014)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777423901/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423901/phys_0016)

DFG

sed valde segnem & impotentem
 gnoverit, ipsum sibi nocete non
 sentiens se non evasuram, elegit si-
 one funebri post mortem habend
 Siehe ich komme bald / halt was du
 Krohne nehme / gavis aquè est nem
 hanc Coronam surripere posset.
 creberrimis suspiriis ingemuit. A
 Tandemq; cum ultimo fermè co-
 quantum videretur, atq; vox redi-
 ba erumpet: das wolte Gott
 ger Geist / quibus statim altiore
 præferente voce, addidit mag-
 mox die, mense, horāq; prædictā
 eodem morbo, quō & mater-
 na, & soror, & plures cognatæ fœ-
 riēre, infelici scilicet puerperiò, v-
 suit, animamq; suam Salvatori suo
 sumâ devotione, peccatorumq;,
 immunis? contritione reddidit.
 honoratissimi, quid exoptatissimu-
 simèq; defunctæ conjugis Maritus
 Viduus tristissimus propriâ manu
 credimus) lachrymas consignaver-
 famæ mortaliū Mastiges, secedet
 sua placet. Secedant extra ipsius na-
 in ipsa profundissima & in perscrutia
 falcem suam flagitiosam mittere n



the scale towards document

, quod co-
 lò post præ-
 pro Concil-
 i alyp. c. 3, ii.
 semand deine
 riti, qui sibi
 x deficeret;
 nein Jesus!
 colligere ali-
 in hæc ver-
 hn und heili-
 n Emphasin
 / breviquè
 & quidem,
 avia mater-
 ellissimæ pe-
 alem depo-
 o Jesu cum
 uis nostrum
 is jam Cives
 jus suæ, piis-
 broh dolor!
 amaras (uti
 cedant hinc
 ibus nil nisi
 inos illi, qui
 ina judicia,
 sunt; Sece-
 danc

032

Patch Reference Chart TE63 Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart